

Ad Barlaam.
cum Elegia
in antiquitates Smithii
et epigrammate
ad Schuermannam.

(203).

Quam in te censuram, gravi nuper severitate exereui,
Barlaeo clarissime, eandem ultro et vicissim in
me innoce. Sed ut rei illa fuit, his opinor intra
dictionem consistet. De facto enim, quale hic pro-
duco, satis securus sum rerum apud Smithium
bis lustratarum nudus catalogistes. In ceteris
quã lapsus meo more vim, quã ferri possim sine
victus, ac te scire cupio etiam irritato, et te
valere. Drunæ in castris vi. Nov: Octob: MDCCXXXIV.

At interim recordare mihi Censor
aliquid veniae debere Aulico, ut
nasti, minimè literato, et hic
maximè omnium Librorum
ope destituto.

Barlaeo.

(204).

Sic fit Barlaeo amplissime, postquam in silentium actus
aut occupationibus, quas ambitiose prætere, aut torpore,
quodam vel desidia, quam amolixia me non semper
valeo, cessare semel bonâ fide capi, et in præcem, ut
aliquando ludebamus, verti, erigat pudore tandem, et
officium me non languide commaneo. sed opus aduum,
labor nonis assurgentem premit. De colore cogitandum
est, qui latissimæ culpæ cum decore pervertatur, et
ecces alteram silentii causam: cogitationum enim
nisi sileas, via insomnium convescio est. Isto in-
conatus parturire me putas quæ hætenus non pro-
duco: peperisse tamen antequam ad scribendum redij:
quæ nunc magnificè editurus sum. Quis me ni-
mirum quantâ hodie cum laude de Nihil Nihil
scribant, qui si ad Aliquid se applicent, viri Magni
meâ quidem opinione minus insaniant, parcius nu-
gentur: punctum autem invidia tantum nominis,
hætenus cum illis censei studuisse, et scripsisse Nihil.
Si prætextum non admittis, et hoc dicendo dicere me
dici Nihil, dici tu quidem nihil, amice, et inique
me condemnas paria facientem teumo, et ad scripto-
rem nihil respondentem nihil. Scripsit ipse
unum

unum

unum non amoveo, scriptorem utique te nihil, non
 nihil nuper fuisse donatorem. antiqui axis nempe
 praetiosa rubiginis, cuius a nihilo estimatio recedit,
 quantum ab incude distat. Sed commentum subito
 scribenti subit. Quid pro illis opibus exigere a me
 vel expectare potuisti, nisi vicariam operam. at
 unde illa mihi suppetere, pertinacissimi vita vicariis
 nihil sedulo curantibus, nisi illud unum ne fiant
 nihil? Ergo penes me, quod et hic referrem nihil
 fuit. et est denique nihil; quoque certus sis in nihilum
 nihil posse reverti, ego nihil manifestum nihil in
 nihilum ecce video, et ut capi reddo nihil, quae sunt
 verba, ago nihil, quae sunt gratiae, rogo nihil, quod
 est frustra: nempe ut me ames, qui porro audivit
 nihil quod in me amantem tui desideres, apud Casta-
 vellum disputa, amante nimirum te ut nihil
 magis. Haga Com. 29. Nov. 1634.

Humanissimo Wicquefortio, qui me
 officis onerat et beneficiis, nihil a me
 dici cupio: id est salutem gratiasque
 verbi aulicis, quae in thesibus et
 antithesibus nihili ignaves omisit
 maximi Mystae Nichilistae.

Puteano.

(205).
 Puteane, dic, per omnes te deos oro, Quobbarum qui
 properas amando, cur savus in Hugenum cur
 iniquus es? Non possum uti molliari verbo; savus et
 iniquus es, qui ex aduatore me exeres, et in re tali
 fidem meam tentas, qualem si frater a me aut
 pater postulent, neque dem confectans ulla industria
 neque serio negari credam. Mauritium Principem
 frustra Quobbarus allegat. Sub Frederico Henrico
 sumus, et quam diversa rerum facies! Denique Vir
 Amplissimus, facere me iubetis, quod solis Proceribus
 es orientibus obligasse ajunt, in caelum ire. vel quod
 Archimedi in animo fuisse, terrarum orbem movere.
 Quid si mitius me exagites, et quoties tua causa
 Quobbarus, vel privata rei, adire has regiones velit
 singulos comoneatus impeser. Incumbam sane totis
 viribus, ne repulsam feras. et impensam quam
 non dubie isti homines metuntur mihi imputabo.
 ut aut Quobbarus tecum fiam, aut certare me
 cum